ALLA NASCITA FORTUNATISSIMA
DI GESÙ

APPLAUSI DEDICATI

A SUA SANTITÀ PIO VI.

FELICEMENTE REGNANTE

DALL' AVV. DOMENICO CASAMARTE

VICARIO GENERALE DELLA DIOCESI D'AJACCIO

DOTTORE DEL DRITTO CIVILE, E CANONICO, DI FILOSOFIA, E DI TEOLOGIA, E PROTONOTARIO APOSTOLICO, NELL' ACCADEMIA ERNICA DE' FILALETI EUDEMO DIRCEO, E TRA GLI ARCADI DELLA COLONIA ALFEA DORASTO MEDONIO.



PISA. MDCCXCIII.

PER RANIERI PROSPERI STAMP. ARCIV.)(*Con Approv.*

Quod spiro et placeo (si placeo) tuum est .

Horat. Lib IV. Od. II.



INFANTI DEO
GENETHLIACON.

ORATIO.

Quod erat votis omnibus expetendum, Beatissime Pater, id generi humano divinitus obtigisse intuemur. Roravere desuper Cœli, aperuit terra sinum, Virgo peperit Salvatorem. Lœtare igitur terrarum Orbis, excute tartareæ tyrannidis jugum, exue caligantibus tenebris oculos; quandoquidem in id unum divina miseratio connixa videtur, ut nihil ulterius tibi exoptandum supersit. Atque potissimum in ejusmodi consilium animum gestientis adduxit, ut in tanta mortalium exultatione non conticescerem. Si qua enim mihi diffidendi meis viribus est ratio, hoc unum videtur, me parem tanto Numini dicendi copiam, animique magnitudinem afferre non posse, tantoque me sub pondere defecturum, cum in ipso Orationis exorsu præcocem audentis animi ardorem restingui sentiam. Ne tamen communem expectationem omnino fallere videar, minus idoneis fortasse

verbis terrarum orbis lætitiam nascente Jesu magis innuere, quam oratione complecti contendam. Atque hoc in primis lætandum jure intelligo, quod hujusmodi mihi oblatum est dicendi genus, in quo oratio nemini deesse potest ita, ut orationis ejusdem difficilius sit exitum, quam principium invenire.

Quidquid autem sit, ea erat interea fatalis noxæ gravitas, ea divinæ justitiæ in genus humanum indignatio, ut nulla spes eluendi criminis, summoque Patri satisfaciendi exhiberetur. Cœlestis illa summi Numinis aula eminus obtutus nostros allicere magis, quam in spem eo perveniendi erigere poterat adeo, ut homines ad Cœlum natos veterum series culparum in hoc infimo terrarum globo tamquam tenebricosissimo carcere adstrictos coerceret. Nequidquam cœlestis ille animus ore æterni Patris efflatus sydereas sedes, unde erat profectus, adspirasset, nisi divinus ille Reparator expiata prorsus humani generis labe, debellatis, contritisque hostibus aereum iter patefecisset. In hoc præcipue illius amor emicuit, quod, homines infelicissimos, non est passus, sempiternam captivitatem nimium meritam, debitamque substinere. Quod si paterna ista benevolentia copiose nos omnes cumulavit, non est, cur minus ejus clementiæ, quam omnipotentiæ nos esse convictos ipsius Dei judicio maxime lætemur. Etenim si cœlestis adeundæ Patriæ in votis hominum summus ille Arbiter posuisset, incredibili quadam, ac ferme divina, qua nunc ejus beneficio fruimur, voluptate caruissemus. Universa æternæ Patriæ bona plus humanæ Naturæ voluptatis nunc afferunt restituta, quam olim in innocentiæ statu attulissent. Plerumque enim desiderata magis, quam assidue percepta

delectant, ita, ut plus ejus divinæ Misericordiæ, quam creanti Omnipotentiæ debuisse quodammodo videamur. Ab ea siquidem effecti luto ad eximiam hominis naturam evocati fuimus; ab illa vero ex indignationis æternæ statu ad spem gloriæ Cœlestis evecti. Ea nos omnibus humanis dotibus locupletavit, illa supernæ gratiæ dona, affluentemque munificentiæ divinæ cumulum in nos effudit eo deveniens, ut Unigenitum impelleret, humanas subire vicissitudines, ex quo facilius æternus Pater in illum intuens justissimæ indignationis in nos fulmina deponeret; atque patrias sedes repetentibus cœlestia limina panderentur, nobisque illius divina vestigia sectantibus illuc usque evadendi sors contingeret. Siquidem ille naturam nostram hypostatice sibi adnexam assumpsit, humanoque generi fraterno quodam jure ejusdem adeundæ hæreditatis spem non dubiam exhibuit. Itaque natura isthæc illustrior nunc post scelerum expiationem videtur, quam si nunquam obscurata fuisset.

Ipsa autem tellus humani generis hoste in vincula conjecto dici vix potest, quid hilaritatis, quid gaudii proeseferat. Gestire colles, exultare, ac resilire quodammodo montes videntur. Quæ species clivorum, quæ pulcritudo convallium, quis agrorum aspectus, quæ forma regionum? Hyemem ipsam exuisse canitiem, rigorem compescuisse, floribusque intempestivis, atque inopinatis fructibus totius naturæ humanæ exultationem nascente Jesu æmulari voluisse crediderim. Quod si hæc omnia in hunc maxime modum nascenti Domino dignas rependere grates more suo conantur; quo magis nobis omnibus, in quos sacratissimi hujus Mysterii fructus præcipue redundant, æstuantibus desideriis erit adnitendum?

Ille naturam nostram quasi suis humeris in Cœlum evehendam induxit, quo totius futuræ salutis nobis pignus esset, et obses existeret. Quid enim inficiari nobis poterit, si suppliees augustissimo Patris solio conspexerit iis potissimum obductos insignibus, quibus ille præcipue gloriatur? Quis negare audeat, illum imbecillibus manum præbiturum, nutantesque confirmaturum? Ea est in nos eximia dilectio, ut nemini umquam se defuturum spoponderit, is amor, ut neminem ex amabili ejus sinu abstrahi patiatur; ea est charitas, ut nullum a se nisi voti eumpotem dimittat. Quare dulcissime Jesu, qui nostram naturam, ejusdemque calamitates subire non es dedignatus, speeimen hominibus præbiturus, quo in eam amore flagraveris, quæque præmia numquam defutura paraveris, oramus, atque obtestamur, si quod est nobis tuæ consequendæ commiserationis promeritum (scimus autem, quam sit exiguum, aut forte nullum) ut Sacratissimæ Humanitatis, ac Beatissimæ Divinitatis tuæ nobis aspectu fruendi sors contingat; dum plaudentis naturæ, lætantisque humani generis gaudia consectantes hoc veræ pietatis, et ardentissimi amoris pignus tamquam votum parietibus antri bethlemici suspendere puro cordis affectu contendimus. Te quoque, Beatissime Pater, qui Religionis Imperium a Divino illo Reparatore in terris constitutum vicario fungens munere in tanto fluctuantis Orbis discrimine sapienter moderaris et regis; exiles hasce lucubrationes mii fructus, et exilii, quod in Orthodoxæ Religionis obsequium cupide suscepi, tibi ex animo nuncupatas non aspernaturum, sed clementer libenterque pro tua in me benevolentia excepturum confido.

CARMEN.

Sume novas, o Musa, fides, mihi tempora lauro
Nectito, apollinei frondet quæ culmine montis.
Nunc hilares si forte juvat depromere cantus,
Phoebus, et Aonidum Chorus est de more vocandus.
Linquite dircæos latices, parnassia rupes
Transferat Engaddi plectrumque, et carmen ad antrum.
Ite salutatum summi cunabula Regis,
Ite leves, mea cura, Deæ, si vestra decoris
Pectora tangit amor, laudisque innata Cupido.
Inde ubi sydereis resonat concentibus æther,
Phœbeo liceat modulari carmina plectro,
Angelicisque choris mortales addere laudes.
Ite, precor, thyrio divinum pignus in ostro
Excipite, et vestri sumat primordia cantus.
O, ego, si liceat celeres mihi sumere pennas,
Et vestrum per inane gradum majoribus ausis
Pone sequi, et propius bethlemica visere rura;
Qua.ia libarem pedibus, quæque oscula fronti
Imprimerem nati, ac teneros de lumine fletus
Eliciens Puerumque, et Matrem in vota vocarem.
Quod nisi posse datum, majoraque viribus opto;
Adde Parens humeris alas, et lumina menti
Inspira, dubiumque doce Sanctissima Vatem.
Fas mihi sit tacitæ secreta repandere noctis,
Virgineum partum, nostræque arcana salutis
Pandere carminibus; procul hinc procul ite Camenæ,
Helladis inventum; sacrum mihi pectoris œstrum

Afflant Cœlicolæ, præstantque ad carmina vires.
Jamque propinquabat nono bona Cynthia mense,
Postquam Diva gravis cœlesti pignore Virgo
Secretum gestabat onus, vultuque videres,
Quis Deus, intus agat, vel quali viscera partu
Complentur; non illa mali, non illa doloris
Passa vices alias soliti vexare parentes:
Plena Deo fruitur partu sine labe futuro.
Interea pavidos Romani sæva Tyranni
Jussa vocant Populos, Patriæque in sedibus Urbis
Solvere censori pactum pro viribus aurum,
Et genus, et nomen tabulis signare latinis.
Hinc Senior Judæ, priscis qui Patribus ortus
Regales jactabat Avos, Bethlemica deflet
Mœnia, et antiquis regnata Parentibus arva,
Nunc generi prœrepta suo, sub Rege Tyranno
Dura gemunt miseræ nimium dispendia sortis.
Nequidquam soboles Patrum suspirat honores,
Regalique negata suæ diademata fronti.
Infantem Virgo nullo paritura labore
Non aversa suum sequitur benefida maritum.
Quæ tanto servata Viro, tantæque Puellæ
Limina crediderim? Quænam cunabula pignus
Excipient Cœli regali splendida cultu?
Quid tamen hæc mecum nequidquam ingrata revolvo;
Namque ubi vicinæ tetigerunt limina portæ,
Immensum aspiciunt numerum matrumque, virumque,
Undique collectum vulgus; nec recta, nec urbis
Mœnia sufficiunt turbæ, magnoque tumultu
Cuncta fremunt, ingens ferit aurea sydera clamor.
Hic ubi nulla sibi, Senior, data copia tecti,

Nullus in urbe locus, campos lustrare patentes
Destinat, ingratæque excedere mœnibus Urbis.
Nox erat, et medio fulgebant sydera Cœlo
Clara per obscuram visu pulcherrima noctem,
Cum Virgo Bethlem muris post terga relictis,
Seu casus, seu cura Dei sibi corda moventis
Longævo comitata Viro successerat antro,
Quod male compactum scopulis, et cautibus horrens
Naturæ excisum manibus, longinqua vetustas
Præscia fatorum tales servabat in usus,
Olim ovibus stabulum, et sedes male fida capellis,
Nunc superis ambita choris, cui Regia Cœli
Invideat tantos non inspectura triumphos.
Hic Senior curis, et longo fessa labore
Membra locarat humi palea suffultus agresti,
Et sero dederat languentia lumina somno.
Non procul adstabat Virgo, calamique palustris
Aclinis cumulo vicini conscia partus.
Ecce micans Cœlo fulgor demissus ab alto,
Longus et ardenti signari limite sulcus,
Claraque vibrata geminari sydera luce;
Angelicisque sonat plaudens concentibus aether.
Cernere erat medium penitus descendere Cœlum
Ardenti excitum studio de sedibus altis,
Adventare solo, noctisque fugare tenebras,
Et totum æthereis cingi fulgoribus antrum.
Haud dubiis novit signis purissima Virgo,
Non procul esse horam, partumque instare verendum;
Et fervere novo sensit sibi pectus amore,
Grataque per tacitam diffundi gaudia mentem.
Hinc surgens stratis duplices cum lumine palmas

Extulit ad Cœlum, roseoque hæc incipit ore.
Omnipotens Genitor, rerumque, hominumque Creator,
Cui mare, cui tellus, cui totus subjacet Orbis,
En tempus, quo, Dive, Puer se natus in auras
Efferat, atque tua facias me prole Parentem.
Nunc mea sacratum post nonum viscera mensem
Depositum referunt; tu, ne jactura pudori
Obrepat, defende Parens, intactaque priscum
Lilia candorem servent, et gaudia Matris;
Idque tibi gratum esse velis, atque omine firmes.
Talia dum memorat, Cœli de parte serena
Intonuit lævum, Divæque loquentis ab ore
Insolitum lumen plusquam mortale coruscat;
Dumque oculos defixa polo cœlestia secum
Munera mente refert, Divinum Pignus in auras
Prodiit, intactosque sinus, et claustra relinquens.
Qualis ubi penetrat solis purissimus ignis
Crystallum, panditque aditus, lumenque receptum
Nulla viæ dat signa suæ, nullumque nitoris
Admissi monstratur iter, verum integra ventos
Respuit, atque hyemes, solique est pervia phœbo.
Interea geminas Divinum Pignus in ulnas
Accipit, ac tenui Genitrix involvit amictu,
Inque humili præsepe locat, quod pectore prono
Quadrupedum par vile fovet, duplicemque teporem
Ore afflant avido, certantque repellere brumas.
Scilicet agnoscunt Dominum, summique Parentis
Indubiis Prolem signis, et talis egentem
Obsequii, munus vitæ pro munere pendunt.
Hæc ergo, expectate Puer, te regia tecta
Excipiunt delapsum alto, similesque ministri

Ad nutus venere tuos? Quis nam impulit illas
Deseruisse domos, ubi sole nitentior aula,
Regifici postes, subjectaque Sydera plantis?
Ecquis amor tantum nostri miserescere casus,
Nil miserate tuos? JESU mea blanda voluptas,
Dulcis amor, nostrique hospes dulcissimæ cordis.
Venisti tandem, quem nos post fata Parentum
Aspicimus, Divine Puer Genitoris imago,
Antiquum delere nefas, stygiumque tyrannum
Vincla recusantem solidis cohibere catenis,
Et raptam e tenebris proedam super ardua Cœli
Invexisse paras, spoliis flegetontis onustus,
Et Genus Humanum cœlestibus addere Regnis.
Oh quibus adventum geminatis vocibus Orbis
Excepisse tuum poterit? Quæ pignora amoris,
Quosque animi grati liceat tibi promere sensus?
Excipe confusum lacrymis, et carmine votum,
Cordaque multiplici dudum famulantia plausu,
Ac tibi servatam ex erebo pius aspice gentem.

E C L O G A.

Tityrus, et Coridon.

Tit. Excute luminibus Corydon male caute soporem;
Surge, age; nam phœbus medium conscendit Olympum,
Et vocat ad sylvas, ad pascua lœta capellas.
Tu tamen in lucem sub tecta mapalia stertis?

An tibi sub seram conspersit lumina noctem
Virga soporiferis Morphei contacta venenis?

Cor. Desine vesanis expertum ludere verbis.
Mene igitur tacitos motus, et sydera Cœli
Ignorare putas? Medio vix æthere luna
Fulget, et exiguam vix corporis efficit umbram,
Teque juvat socii placidam vexare quietem?
Esto procul varium nostri phantasma soporis.

Tit. Infelix Corydon, quem non communia tangunt
Gaudia, quem nostræ fugiunt solamina sortis.
Audistin, mediæ qui longa silentia noctis
Eripuit sonitus superis emissus ab astris
Undique divinis concentibus æthera mulcens?

Cor. Tityre, quam timeo, ne mens confusa lyæo
Abstulerit solitum viciatis auribus usum,
Vanaque decepti confingant somnia sensus?
I, pete desertas pecudes, et ovile relictum,
Aut refer ad sylvas vanæ deliria mentis.

Tit. Falleris, o Corydon, nec mens confusa lyæo,
Nec mihi decepti confingunt somnia sensus.
Vidi ego cœlesti redimitum tempora luce
Aligerum plumis medio discurrere Cœlo
Supremo, laudemque Deo, pacemque canentem
Gentibus, adventum referentem Regis Olympi,
Dum vigil excubias agerem prope limen ovilis.
Quin magis admiror, vocem, nec carmen ad aures
Pervenisse tuas; adeo tua lumina somnus
Cœperat amissos mulcens dulcedine sensus.

Cor. Vera equidem memoras? Fictis an ludis amicum
Vocibus, atque oculis pergis divellere somnum?

Tit. Vera equidem narro, nec nostras solus ad aures

Advenit sonitus, referet tibi talia Daphnis.
En mihi jam videor speciemque, et labra canentis
Cernere, dulce melos dudum mihi corde resultat.

Cor. Credo equidem, nec vana tuis mendacia verbis
Esse reor, sed me fessum per lumina somnus
Altior oppressit superans torpedine sensus.

Tit. Qualia concinuit nostris faustissima rebus
Omina, quæ quondam cecinere Oracula Vatum.
Hæc nox, illa dies sacræ promissa Sibyllæ
Carminibus summum visura per æthera solem,
Quem mihi fatidicus memorabat sæpe Menalcas
Patruus ille meus, cui mens præsaga futuri,
Cum mihi castaneas puero præberet ad ignem.

Cor. Tityre nunc memini; dum me Pater Alphesiboeus
Et tondere greges, et oves mulgere docebat,
Talia venturis cecinit præsagia sæclis;
Cum Deus ipse novo mortales fœdere junget,
Mutabitque vices rerum natura recenti
Ordine, et attonito florebunt arva colono,
Ditabitque hyemem plaudentis gratia veris.

Tit. Ponet onus gens lecta Deo, molemque malorum,
Dum revocat quondam victos, ac sæpe rebelles
Æternum ad fœdus Divum Pater, almaque Cœlo
Progenies venit, redeunt felicia mundo
Sæcula, quæ flavo niteant meliora metallo.

Cor. Nunc age, quo superum vox læta vocabat ad antrum,
Ingrediamur iter, juvat ire, et munera Nato
Offerre, ac nostris demetur ovilibus agnus,
Qui candore nivem superet, nec ab ubere matris
Divulsus, viridem nec graminis attigit herbam.

Tit. Ipse feram geminas demptas e rupe columbas,

Quas, ego, ne raperet pastor, vigilare solebam,
Dein mihi, ne fugiant, virgis sata cistula servat;
Colla quibus fulgent nitidis variantia pennis,
Vixque suo excipiunt rostro cerealia dona.
Has ego divini propius cunabula Regis
Virgineo sistam gremio, nec munera Mater
Respuet, intactam decuit nitor ille Parentem.
Cor. Ite procul faciles quondam mea cura capellæ,
Cessit amor pecudum; JESUS mea sola voluptas,
Atque decus nostrum, JESUS spes unica Mundi

NATE DEO SALVE

ÆTHERNUM CUM VIRGINE SALVE.

ELEGIA.

Heu quantum funesta Patri, Generique futuro
Culpa fuit miseri prima Parentis Adæ.
Exuit antiquis animos, et corpora donis, (*)
Nullaque gratuiti signa decoris habent.

(*) *Homo enim per peccatum (originale) spoliatus fuit gratuitis; et vulneratus in naturalibus;* ait Beda, ut refert Arignani tract. de pecc. Cap. 1 de pecc. origin. pag 46. edit. Augustæ Taurinor. 1776. A ciò allude l' Autore, non alla libertà in essenza, nè ad altro senso eterodosso; protestandosi egli di professare colla bocca, e col cuore la Dottrina Cattolica, Apostolica, Romana.

Morborum series, et inevitabile fatum
    Illorum exitio corripuere gradum.
Armat in auctorem sceleris, natosque rebelles
    Spes, metus, ira, dolor, luctus, amorque manum.
Nocte, dieque geruot inconsolabile vulnus,
    Non posse optati Numinis ore frui.
Compulit invitos urgere laboribus agros,
    Spargere sudori semina mixta solo.
Quæque prius fruges nullo contenta Colono
    Obtulit agricolæ, terra coacta negat.
Justitiæ haud flectenda manus cœlestia clausit
    Limioa mortali non adeuoda pede.
Victor ovans spoliis serpens mortalibus auctus
    Insultat, miseros persequiturque viros.
Hæc secum volvens pietas commota dolore
    Divinos suplex adstitit ante pedes.
Impulit hæc hominum extremis occurrere rebus,
    Impulit illa malis imposuisse modum.
Nec Deus ulterius patitur gaudere tyrannum
    Tartari, et humanas suscipit ille vices.
Quem mare, quem tellus, quem non capit ambitus Orbis,
    Virgineo gaudet delituisse sinu.
Æternum junxit fragili, immortale caduco,
    Non intellecto singula quæque modo.
Naturas sumpsit geminas Hominisque, Deique,
    Comprobat illa Hominem, comprobat ista Deum.
Fulget in humano divinum corpore lumen,
    Solis ut in densa lumina nube solent.
Nascitur arcano pura de virgine partu;
    Nec natura parens concipit ipsa modum.

Sensit adorandum Numen, tremefactaque visu
Obstupuit, leges deseruisse suas,
Prata virent herbis, vernant et floribus herbæ,
Dulcis et intonsis vitibus uva rubet.
His igitur Dominum testatur plausibus Orbis,
Gaudia congeminans, quæ cohibere nequit.
At Genus Humanum meritis pro talibus umquam
Quæ Nato Infanti dona rependet?

AMET.

ODE.

Virginis Partum canimus, resumpto
Dulcius plectro modulare carmen
Musa, festivum resonet canoro
Barbitos œstro.
Quid tamen fictas repetam Camænas
Fontis, aut Pindi studium canentes;
Lœtius Nato reboat per altum
Æthera carmen.
Vos, quibus Divum Genitor perennes
Syderum motus, modulamen Orbis,
Et dedit Verbi cecinisse facti
Gaudia Mundo.

Vos decet tanti celebrare facti
Ordinem nostras subeuntis aures;
Si tamen vestris dabitur facultas
Aurea linguis.
Gestit in sacris Genitricia ulnis
Uberum nectar sitiens Puellus,
Ut nitet purus luteo pyropus
Clausus in auro.
Qualis eoo rediens ab axe
Phœbus auroræ gremio rubentis
Eminus lucis radios remotas
Vibrat in oras.
* Quale de Nati jubar, et Parentis
Emicat vultu, stygiasque noctes
Dissipat, phœbo levius, benignis
Mitius astris?
O Puer miro celebrande partu
Virginis, summi generate Patris
Mente, cum nondum steterant fugaci
Sæcula fluxu.
Tu decus Cœli, nitidumque Mundi
Sydus, eductis herebo tenebris,
Surge, et extremis hominum diebus
Lumen adauge.
Lucis æternæ referemus ortum,
Atque decursum, facilis beatum
Da diem terris, refer innocentis
Tempora Mundi.



* *Nonne* loco *Quale*

ODE ANACREONTICA.



I.

Su le rive d' un ruscello
Presso l' antro di Betleme
La sampogna, e il canto insieme
Accordando un Pastorello
Ebro il cuor d' estro divino
Sì cantava a DIO BAMBINO.

II.

Tergi omai l' egre pupille
Di Giudea Popol diletto
Il gran Figlio a te predetto
Da Profeti, e da Sibille
Nacque al fin sù poco fieno
Da virgineo intatto seno.

III.

Già dall' albero di Jesse
Germogliò candido fiore,
Di cui vago il Divo Amore
D' abitarvi ogni ora elesse;
Fior, che il sole eterno investe,
Fior, che sparge odor celeste.

IV.

Per aprir di pace il campo
Questo Germe fortunato
Dal Divin Spirto formato,
Anco in mea, che sorge il lampo,
Con virtude indefinita
Rese a ognun salvezza, e vita.

V.

Mugge invan, si adira, e frema
Giù nell' arebo la morte,
Scuote invan l' aspre ritorte
Senza scampo, e senza speme;
Ed il drago anciso il core
Scoppia d' ira, e di livore.

VI.

Dal confin dell' Oriente
Vengon Regi a fargli omaggin
Al fulgor d' un vivo raggio
D' astro insolitn lucente,
Che segnando il gran cammino
Li conduce al Sol Divino.

VII.

Così voi Ninfe, e Pastori
Accorrete, ove egli ha cuna
Vi saran per l' aria bruna
Guida amica gl' inni, e i cori,
Che cantar Betleme ascolta
Colla mente al Ciel rivolta.

VIII.

Fugge il verno i suoi rigori,
Sfolgorante brilla il Cielo,
Spuntan' erbe in verde stelo,
Ruggiadosi apronsi i fiori;
Ed in piaggia pria nevosa
Spiega porpore la rosa.

IX.

Ecco riede primavera,
Lieta applaude al Dio possente,
Comparisce il sol ridente,
Non ha tenebre la sera.
La Natura in sì bel giorno
Veste nobil manto adorno.

X.

D' orni, e faggi all' ombre amene
Pecorelle a mille a mille
Gite pur liete, e tranquille;
Che non più sù queste arene
Giungerà lupo rapace
A turbar la cara pace.

XI.

Veggo timida ogni belva
Di natura aspra, e feroce,
Che al suo cenno, alla sua voce
Sgombra il prato, e si rinselva.
Torna il gregge pauroso
All' amabile riposo.

XII.

E se agnel per dubbio calle
Dalla greggia erri lontano,
Lo ritrovi o al monte, o al piano,
Se lo pone in su le spalle,
All' ovil poi lo rimena;
Nè del cuor la gioja affrena.

XIII.

Il buon Duce, il buon Pastore
In Betleme al Mondo è nato,
Il fedel suo gregge amato
Troverà pascol migliore;
E del serpe intento a' danni
Sprezzerà l' odio, e gl' inganni.

XIV.

Lungi sia da' nostri petti
Quel timor (*) micidiale;
Or che un Dio fatto mortale
Sà per pruova i nostri affetti;
Sà, che il senso alla ragione
Ribellante ognor si oppone.

XV.

E tu MADRE DI CLEMENZA,
Nel cui grembo il FIGLIO adoro,
Tu ne' porti il secol d'oro,
Tu ne' rechi l' innocenza;
A te dunque inni canori
Canteran Ninfe, e Pastori.

(*) Si parla di quel solo timore, ch' è figlio della diffidenza, e della disperazione.

EPIGRAMMA.

Filius æterni genitus de mente Parentis
Corporis humanas passus inire vices.
Claustra recens natus linquit materna, nec ullus
Læditur intactæ virginitatis honos.
Perspicuum penetrant solaria lumina vitrum,
Quod tanto impulsu nec leve lucis hiat.
Haud secus intactum servastis pura nitorem
Lilia, nec levibus contemerata notis.
Crede Hominem, pura Matris dum prodit ab alvo,
Utque satum pura Virgine, crede Deum.



SONETTO.

Questo, che miri in vil capanna assiso
In grembo di MARIA picciol BAMBINO,
E' il Monarca supremo; onde il destino
Della terra, e del Ciel pender ravviso.
Oh come splende in pargoletto viso
D'eccelsa Maestà raggio divino,
Che in tenero sembiante, e pellegrino
Nasconde tutto il bel del Paradiso.
GESU' creata, ed increata luce
Sì gran Mistero il mio pensiero eccede,
Che tanto abbaglia più, quanto più luce.
Te sol contempli la mia viva Fede
Di speranza, e di amor sicura duce,
Che quanto intende men, tanto più crede.

EPIGRAMMA.

Quis sonitus Cœlo pulsis admurmurat astris?
  Quis movet angelicos pulsus ab axe choros?
Quæ nova mutato fulgent miracula Mundo?
  Quis trahit ad varias sydera somma vias?
Novi equidem, nostræ portendunt omina sortis,
  Claraque speratæ signa salutis habent.
Nascitur en superum servi sub imagine Numen
  Demere tartareo subdita colla jugo.
Panditur auroræ mirabile Regibus astrum,
  Quod nuper natum proccinit esse Deum.
Ad sacra contendunt Pueri cunabula Reges,
  Supremoque ferunt munera digna Deo.
Quis trahit ad varium cœlestia sydera motum?
  Si primum fuerit mobile, Numen erit.



SONETTO.

Nascendo in umil grotta il Sol Divino
Ergesi in Ciel misteriosa Stella,
Che dai raggi di lui resa più bella
A' tre Monarchi eoi mostra il cammino.

Ferma su l' antro, ove il REAL BAMBINO
Nel puro sen di REGIA UMIL DONZELLA,
Siede in trono di luce, e in sua favella
Addita a' Regi il suo Motor vicino.

Prodigiosa Virtude al mortal senso
A vista di GESU' le luci aprìo,
Onde in lui ravvisar l' Autore immenso.

Quindi gli offrìro in atto umile, e pio
L' oro, la mirra, e l' odoroso incenso,
Come a Re, come ad Uomo, e come a DIO.



Sul progetto, che fece Roma d' inalzar una Statua Colossale di bronzo coll' Iscrizione,
ADSERTORI SECURITATIS PUBLICAE S. P. Q. R.
AL SANTISSIMO PADRE, che ne' vietò l' esecuzione.



SONETTO.

DEL MIO PADRE, E SIGNOR lieta, e superba
ROMA diceva, eternerò la gloria;
E già prepara i bronzi; ed alla Storia
Di ragionar di lui l' onor riserba.

Come? Il Tempo gridò: se a me si serba
Sulla natura, e l' arte alta vittoria!
Truova pur bronzi, e carte: ogni memoria
Per me ricopre al fin' arena, ed erba.

Rise Virtude, e disse: il fier desìo
Frena, o superbo; il GRAN PASTOR dal tuo
Crudo dente salvar, sola degg' io.

Le sue magnanim' opre, i pregi suoi
Fian questi soli il SIMULACRO suo,
Distruggilo, o crudel Tempo, se puoi.



LICENZA.

ALTO SIGNOR, che sei del Mondo intiero
Meraviglia, ed amor, la debil Musa
Genuflessa al tuo piè perdono implora,
Se ardimentosa al Soglio tuo s' appressa
Col dono umìl di mal tessuti carmi;
E gioir la vedrai paga, e contenta,
Qualor la degni d' un volante sguardo
Tolto alle cure del Glorioso Impero;
Ma pria, che torni d' Aganippe al fonte,
Come obbliar le tue Virtù Celesti
De' rai del Sol più sfolgoranti ancora?
Virtù, che al crine tuo tesson Corona,
Che il tempo di sfrondare in van presume,
E il tuo gran nome all' uno, e all' altro polo
Portano ognor tra i replicati evviva,
Virtù, che un dì sulle robuste penne
T' inalzeranno a riposare in Dio,
Il cui desir felicemente adempi.
Dunque, o Signor, dall' ossequiosa Musa
Agitata da nuovo estro possente,
Che raffrenar non può per gioja estrema,
Parte de' tuoi trionfi udir ti degna,
Che d' omaggio, e d' amor t' offre in tributo.
Quando le tue Virtù t' ersero al Trono,
L' abbondanza mirò, laddove pria
Dormiano paludose acque stagnanti,
Il crine adorna di feconde spiche

Cerere biondeggiar nell' ampie valli,
E d' opulenza fortunata in seno
Roma raccolse di tue cure il frutto.
L' Alma RELIGION cinta d' olivo
Serbò l' antico, e stese un nuovo impero;
E de' superbi vani ingegni a scorno
Degli Oracoli suoi sempre gelosa
Trionfatrice grandeggiar si vide,
Serbando illesi i pegni suoi più cari
Del folle immaginar dal cieco orgoglio.
Ma quale intesserò serto di lodi
Al benefico tuo Paterno Cuore?
Tu, che non pago a' fidi tuoi vassalli
Della felicitade aprir le vie,
Anco a Popoli altrui stendi le cure
Di tue Provincie raccogliendo in seno
Stuol d' infelici, disperati, eranti,
Che fuggono il furor dell' empio Marte,
Vaghi di seguitar l' orme sicure
DEL SUCCESSOR DI PIER, che mai non erra,
In te trovaro un Difensore, un Padre,
Una Scorta fedel, un pronto Asìlo;
E fra quelli, (*) che oppresse iniqua sorte,

(*) Non potrebbe la posterità ragionar senz' ammirazione della fortezza di spirito, e delle altre virtù morali, e civili energicamente spiegate in questi ultimi tempi infelici a favore della Religione dal *Ch. Padre Giov-Battista Rossi Lettore e Definitor Cappuccino*, e dall' egregio *Sig. Abbate D. Giulio Baciocchi*, la cui memoria sarà sempre in benedizione. Li virtuosissimi Signori Abbati *D. Pietro Fiorelli Rettore del Regio Collegio d' Ajaccio*, *D. Francesco Antonio Quilici ex-Piovano di Porto Vecchio* per l' esilio, che soffrono con animo virile

Ravviso ancora il fido mio Cultore (*)
Svelto dal suol natìo, che all'Arno in riva
Più non sospira i suoi rapiti campi;
Nè i be' Volumi di Minerva accolti
Nella del Mondo alma Città Regina.
Erano pria sua deliziosa cura,

---

dimostrato egualmente dal *Sig. Abbate D. Felice Saldetta* e nelle carceri, e nell'esilio medesimo, e dal *Sig. Abbate D. Paolo Paolini Cappellano del Regio Spedale* di detta Città nell'abbandono coraggioso del suo caritatevol' impiego, e del copioso onorario, che ne ritraeva, non che dal *Sig. Avvocato d' Carlo Rocca* per l' opportuna ritrattazione dal Civico giuramento prestato esiggono elogi distinti.

Sarebbe poi pregio d' opera intiera, anzi che di una semplice nota, il parlar degnamente di un *Pietro Ferdinandi Vicario Generale della Diocesi di Mariana, ed Accia*, e di alcuni suoi Colleghi, di un *Pietro Bajetta Preposto di S. Giovanni in Bastia*, del Sacerdote D. *Giuseppe Straforelli*, del dottissimo ed invitto *Sig. D. Salvatore Cristiani Rettore de' Signori della Missione* di detta Città, della sua religiosissima Famiglia, di un *Padre Isaja da Chiatra* Provinciale de' M. O. in quel Regno, ed in fine di altri Sacerdoti sì Secolari, che Regolari, i quali per l' illibata loro condotta, e per la loro costanza propria de' primitivi Fedeli meritano corona immortale.

(*) Questi è l' Autore, che riprovando l' irreligiose novità insorte nel Regno di Corsica, e difendendo con libertà evangelica la Religione de' nostri Padri, e la S. Sede nella Persona del REGNANTE PONTEFICE PIO VI sentì dirsi pubblicamente nella Città di Bastia da molti, e specialmente dal Capitan Gibba, che accenneva l' Autore soddetto, *Ecco il Cattolico*, e nella Città d' Ajaccio sua Patria dal Padre Francesco Antonio Tevera M. O., come da altri, *Ecco il Papista* ec. Ciò, che in altri tempi avrebbe richiamato a delle lodi, in queste circostanze fu ascritto a delitto infamante, per cui lo stesso* fu spogliato non solo dell' esercizio di Vicario Generale, di Rettore di quel Seminario Vescovile, e de' vantaggi, che ne riportava legittimamente, ma decretato ancora di presa di corpo; (frase pellegrina) di perpetuo esilio, e della confisca di tutti è suoi beni, cui soggiacquero ancora non pochi de' sopra lodati.

* Autore

Or involati a lui da mano ingiusta
Al militare ardir servono di scherno.
Non l'esilio rammenta, e l'abbandono
Della cuna paterna, o 'l grave affanno
De' suoi Germani; e dell' afflitta Madre
Il duol ool preme; e al Sacro Culto avito
Sprezzator de' perigli, e della morte
De' suoi, di se offre la vita ancora.
L' innocenza del cuor lo rende altero,
L' onorata cagion lieto lo rende;
Anzi trionfator di vanni eteroi
Armas' il dorso, e di coraggio acceso
Fra i Chiari Cigni Alfèi spiegato il volo
Medita carmi del tuo Merto degni;
E ricercando coll' eburoeo plettro
Sulla delfica lira uo suoo concorde
Della RELIGION le glorie canta,
E del PADRE COMUN l'opre immortali.
Supplice a te ricorse; e in un istante
Gli temprasti, o GRAN PIO, l'aspro dolore
Del perduto PASTOR, (*) del caro OVILE, (**)

(*) Egli è il degnissimo PRELATO MONSIGNOR BENEDETTO ANDREA DORIA VESCOVO D' AJACCIO, e CONTE, il quale, anzi che prestarsi ad un giuramento proscritto dalla Cattedra Apostolica non ricusò, al par degli altri suoi Confratelli meritevoli di eterna memoria, MONSIGNOR SANTINI VESCOVO DI NEBBIO, MONSIGNOR DE VERCLOS VESCOVO DI MARIANA, E DI ACCIA, MONSIGNOR DE GUERNES VESCOVO DI ALERIA ec., di abbandonare la sua Diocesi, e la pensione decretata a ciascun Prelato del Regno per istruire coll' esempio l' amato suo Gregge del vero disinteresse, e della purità della Religione Cattolica, Apostolica, Romana, ch' esso professava.

Non si parla di MONSIGNOR VESCOVO DI SAGONA, che,

Che va scorrendo le paterne rupi
Del lupo insidiator esposto all' ire;
E lo scorgesti a più felici giorni,
Lui ricolmando con propizia mano
Di beni, onde fugar la rea fortuna,
Che minacciava i suoi perigli estremi;
Qual vivo Sol, che co' possenti rai
I fiori, e gli arboscelli erge, e ravviva
Dal pigro gel barbaramente ancisi.
Che dirò poi, quando tra fieri insulti
Un raggio uscito dalla tua Gran Mente
Sgombrò le nubi del guerriero sdegno,
Che coll' unghie di bronzo fulminante
Fuoco versava dall' immonde labbia,
Minacciando furioso e trono, e tempj,
E Roma trarre incatenata, e doma,

---

quantunque non sia uscito dal Regno obbligato da grave indisposizion di corpo a guardar' il letto quasi perpetuamente; ciò non pertanto è stato sempre unito a' detti Prelati collo spirito di Uniformità, di Costanza, e di Religione.

(**) La Diocesi d' Ajaccio è generalmente attaccata alla Religione de' nostri Padri; ed in maniera speciale religiosi, e pii sono i Concittadini dell' Autore. Tra questi si distingue gloriosamente la più sana parte della sacra porzion' eletta. Sarà sempre memorabile il giorno del 18. Maggio 1792., giorno di lagrime, e di allori, in cui *l' amico fedele, la gemma preziosa de' Sacerdoti* il SIG. ABBATE O. SAVERIO PUGLIESE CAPPELLANO DELLA COMPAGNIA DI S. ROCCO, l' esemplarissimo SIG. ABBATE O. PIETRO VINCENTI DI CALVI, CAPPELLANO DI S. LUCIA, il CHERICO SIMONE MUSSI accesi di zelo confessando in ogni angolo della Città d' Ajaccio la santissima nostra Religione tollerarono con levitica fortezza di spirito le irrisioni più vili, le minaccie più aspre, e le più profonde carceri senza punto scomporsi, o punto cedere di quella costanza, che vigorosamente li animava.

Spiegando sul Tarpeo fastose insegne?
Qual fosse del tuo Cuor l'alta fermezza,
Quale il Senno, il Coraggio, ed il Valore,
Chi ridirlo potria con forza eguale?
Quercia, che in vetta all'appennin s'estolle
Colle robuste sue frondose braccia
Dall'austro ognor, dall'aquilon battuta,
Che fan guerra crudel in cima al monte;
Perchè le sue radici annose asconde
Della terra nel sen tra vive selci
Non teme nò, che 'l nodoroso tronco
De' furibondi venti oppone all'ire,
Ed orgogliosa il lor furor deride;
Scoglio, che in mezzo all'oceàno infido
La spumosa sua fronte erge alle Stelle;
Se fia, che i nembi, e le tempeste orrende
Imperversando con gagliarde scosse
Quinci, e quindi lo battano impegnate
Dall'ime sedi a distaccarlo a gara,
Tra il fischiare de' turbini sonori,
Tra le spumanti rapid'onde, e fosche,
Che or si curvano al ciel poggiando altere,
Or si abbassano, aprendo all'egro sguardo
Spaventose voragini profonde;
Quello stà sempre immobile, e dell'onde
Il fiero tempestar sprezza, e non cura;
Muro, che cinge triplicato bronzo,
E inflessibil presenta il vasto petto
D'indomita falange all'urto estremo;
Che se il percuotoN bellicosi globi
Dall'aere sprigionato urtati, e spinti,
Se appuntate indomabili saette.

Dal flessibile acciar mosse, e vibrate;
Se d' arieti raddoppiate scosse
Tentan di trarlo alla fatal rovina,
Quello resiste, nè percossa, o colpo
Nell' aspetto dimostra; anzi spuntate
Le quadrella rigetta, e i globi infranti;
Queste immagini sono, ah troppo lievi?
Per adombrar la tua Costanza invitta.
E 'l magnanimo Cuor; e ben m' avvedo,
Che al ver fo ingiuria, e men del vero è quello,
Ch' esprimo in questi mal' orditi carmi.
Vorria la Musa proseguir, leggendo
Ne' fatidici Libri altri trofei,
Altre grand' opre, monumenti eterni,
Delle Virtù, che nel tuo Cuor han seggio,
E folto velo di Modestia ingombra;
Ma il volto pinge di rossor, nè ardisce
Al vantaggio comun recare oltraggio,
Qualor' al canto il tuo pensier richiami;
E prima di posar l' umil sua Cetra
Sulla vaga di Pindo erma pendice,
Perdon ti chiede rispettosa, e dice:

Che se Roma inalzerà
Al tuo nome una memoria,
L' alzerà maggior la gloria
Con invidia dell' età:
E di Roma ogni Pastore
Prenderà da te l' esempio,
Come il Trono, e come il Tempio
Si difenda con valor.

F I N E.